

Trascrizione tratta da Lupo Mario; *Codex diplomaticus civitatis, et ecclesiae bergomatis a canonico Mario Lupo eiusdem ecclesiae primicenio digestus notis, et animaduersionibus illustratus*, volume secondo; Bergamo, 1790; 1165-1166

Note: rispetto alla trascrizione, è stata aggiunta la segnalazione di fine rigo tramite il segno | e sono state sciolte le "&" in "et"

Biblioteca Civica Angelo Mai e Archivi Storici Comunali, collezione pergamene, 3179

In nomine Sancte et Individue Trinitatis Fridericus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus | Universorum Christi et Imperii fidelium tam futura quam presens noverit etas qualiter nos solita Imperiali clementia pie petitioni dilecti nostri Guidonis Cremensis venerabilis Sancte | Romane Ecclesie Cardinalis augustales aures accomodantes matricem Ecclesiam Beati Alexandri Martyris cum universo Clero et omnibus possessionibus suis sub nostra protectione ac de | fensione pro honore Imperii et predicti Martiris reverentia suscepimus nostra Imperiali auctoritate confirmantes ut quidquid predicta Ecclesia a tempore Karoli Magni jure tenet ac pos | sidet tam in castris quam in villis quidquid etiam aliis conferendo prestitit vel ab aliis juste recepit sive per commutationem sive per quamcumque legitimam traditionem unde investitura ipsius Ecclesie clarescere | poterit seu etiam per fidelium hominum piam largitionem in posterum legitime adquiescerit eidem Ecclesie universa perpetuo sancita permaneant cum omnibus usibus suis et conditionibus et districtis sicut | prelibata Ecclesia hactenus habuisse dinoscitur. Statuentes quoque precipimus ut nullus Archiepiscopus vel Episcopus Comes aut Vice comes nulla prepotens vel parva persona nulla potestas terre | na habeat potestatem res vel possessiones predicte Ecclesie invadendi alienandi vendendi vel commutandi fine permissione Clericorum ibidem ordinatorum. Preterea imperiali edicto precipimus ut | ejusdem Ecclesie Clerici presentes et futuri facultatem habeant vel cum Episcopo vel fine Episcopo res et possessiones Ecclesie ordinandi et disponendi vel per investituram vel per emptionem vel per venditionem | aut per legalem commutationem. Proinde stabilimus ut nemo utriusque sexsus vel cuiuslibet conditionis homines ad eandem dyocesim de jure pertinentes vel in personis ledere vel in possessionibus aut mansi | onibus distingere vel aliquo modo gravare audeat nec angarias alias imponere vel inferre presumat ipsi vero de nullo fodro alicui respondebunt nisi soli Imperatori vel eius certis legatis. | De cetero supra memorata Ecclesia Beati Alexandri Martiris omnes possessiones suas inconcusse et illibate perpetuo possideat nominatim illas quas habet in curtibus de | Calusco et Carvico et Brembate et Marno Martinengo Rumano et Lemene Triviole et Lavate omnibusque aliis locis ubi Ecclesia

eadem aliquid habere dinoscitur et nullus ejus | homines precipue illos de Sumvico aliqua inquietudine molestare presumat. Quicumque igitur huius nostri privilegii quod impressione nostre imaginis insigniri jussimus in | aliquo violator esse presumserit sciat se compositurum auri obrizi libras centum medietatem quidem fisco Imperiali et medietatem prelibate Ecclesie. || Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris Invictissimi. || Ego Reinaldus Sacri Palacii Imperialis cancellarius recognovi. || Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCLVIII Indictione VII | regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore Serenissimo | anno Regni ejus VII Imperii vero IIII || Datum in Territorio Verzellensi.